



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

11. Quàm fortiter vxor alia marito suo constantia[m] suaserit, & persuaserit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

laudandis illa, per omnem vitam grata fuit; Sed & matio, à quo didicit, in periculis, optimos Patronos invocare.

## X.

Lib. 9. Histor.  
Tripartita, s. 13.

Io. Pet. Maff.  
lib. 4. select.  
ep. ex Ind.  
Francisci Ca-  
pralis ad Io.  
Bapt. Man-  
tuan.

Quemadmodum hanc maritus, contra vim fraudemque  
mali dæmonis, docuit sese munire, ita Augusta Placilla preci-  
bus retinuit Theodosium, ne Eunomium audiret Niceno dog-  
mati aduersa docentem. Atque ut nostri quoque sæculi histo-  
riam afferamus, in ipsa Xichi regione, teste Petro Maffeo, cùm  
aliqua facta est ad Christi gregem accessio, tum insuper edita sunt  
nonnulla vera fidei ac pietatis illustria documenta: cùm enim nu-  
phytis quidam proposita capit is pena perterritus, qua humana fra-  
gilitas est, à Christi nomine defecisset, id uxor eius ita indignè tulit,  
ut una cum filio sese à viri consuetu. & consortio protinus remoueret,  
fortiter increpans: Auertat à me Dominus, ut cum eo veniam,  
qui mortis metu Christum eiurauit. Quo facio miser ille compas-  
sus intimus sensibus, & culpam agnoscens, noctu clam ad Michae-  
lem Vaseum accessit, & effusè ducensq; ex alto corde suspinta, locum  
penitentia suppliciter petiit, paratus tanti peccati quodlibet subi-  
supplicium: quis etiam certum sibi esse affirmans, relata patria for-  
tunisq; omnibus in Christianorum loca migrare, ut religionem sus-  
ceptam liberiū colere licet. Nec se fallit fidem. Nolle intem-  
pla, ipse cum fratre ac duodecim præterea consilijs eiusdem scis abit.  
Qui omnes, re familiari, & agro fallta iam somente, negligit, vagi  
& egentes Christo seruire potius, quam domi diuitias, & apud prin-  
cipem gratiosi & potentes, colere maluerunt.

## XI.

Victor Vti-  
cens. lib. 3.  
de persec.  
Vandalor.

Admiranda S. Nataliae Adrianum maritum neophyton  
in fide confimantis, & ad maxima supplicia toleranda adhortan-  
tis fortitudo, paucis describi non potest, & alio loco à no-  
bis explicatur. Hic tamen omitendum non est, quod Victor  
Vticensis recentet de alia mirabili heroide virum in officio re-  
tinente. Hunericō Vandalorum & Alanorum rege in Eccle-  
siam suuiente, impio eiusdem mandato, Liberatus honesti no-  
minis vir, & medicæ artis peritus in exilium ire iussus est, sed  
antè tentandus, quām amandandus, & tentandus quidem.  
Ariana calliditate, per sobolem in parentes graffante, Ariani  
enim, ut per affectum pietatis virtutem genitorum, offerne-  
rent, filios à parentum amplexa voluerunt auferre. Et jam  
vnum

num post alterum coepabant trahere, cum matre imbecilliōe pater visus est nutare. Nimirum non orares animi rohore Abrahamo æquantur. Itaque Liberatus charissimorum pignorum amore molitus, commoueri, mucarique mente & vultu conspiciebatur. Iam steterant in procinctu lachrymæ exoculis casuæ, nisi eas vxoris virtus & verba refrænassent. Hæc enim, in conspectu regum & militum ita loquebatur. *En propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam?* Computare eos non fuisse natos: nam & ipsos omnino vindicaturus est Christus. *Nonne video eos clamantes?* & dicentes: *Christiani sumus?* Talibus dictis mulier virum animauit. Itaque in diuersas custodias seducti sunt, ut colloqui non possent, neque scire, quid cum alterutro geretur. Igitur iterum fraudibus instructa fuit machina. Adeunt mulierem, & iubent eam tandem manus dare, affirmantes, maritum illius, iam cessisse atque regis imperio paruisse. Quibus illa respondit, cupere se videre maritum, eo conspecto, postea facturam, quod è re sua esse videretur. Eo ipso fortè tempore, maritus illius, ante tribunal, ingenti hominum multitudine stipatus, stabat. Ad quem adducta vxor, verum esse rata, quod à satellitibus audierat, palam arqué omnibus cœnientibus ad illum aduolans, presumque collo stringens: *Perdite* inquietebat, & reprobabat, *gratia Dei, & misericordie eius indigne, quia revoluisti ad modicum gloriari, & in eternum perire?* *Quid tibi proderit aurum? quid argentum? nunquid liberabit te de camino gehenna?* Hæc arqué alia plura in hunc modum, illa dicente, respondit Liberatus. *Quid pataris, mulier, Quid tibi uidetur, aut quid forte de me audiire potuisti?* Ego in nomine Christi Catholicus permaneo, nec amittere aliquando potero. quod teneo. Ita & meadacum hæreticorum detrectum est, & vxoris constantia in vi- tum redundans triumphavit. Sed & illud apparuit, posse afflum quoque ipsum erga liberos à parentibus triumphari; Numinis amore amorem filiorum exuperante.

Quod victoriae genitus in alia femina illustrius fuit, dicit idem Victor Vicensis, ibidem hæc subiungit. In civitate Culustani quadam matrona, antītrix nominis sui Victoria, dum in conspectu virorum in uno suspendio cremaretur, à marito iam

Ffff 2 perditus

XII.